

(44)

Card. Morroni suffecti in locum Card. Mantuae sum. Pont. ad Cone^m Legati 181
oratio habita ad Patres in g^{rali} Cong^{ne} tertio a quo aduenerat die qui
erat 13. April. M. D. LXXIIII.

Quo statu sit Resp. Christiana Patres I^{mi} omnibus perspicuum est. nullus n. ignorat
quanta sit religionis perturbatio, quam neglecta, immo h^{orsus} contempta sit
omnis Catholica disciplina: quae bella, quae seditionis populorum fuerint, atq;
etiam nunc sint. quas clades a potentissimo ac perpetuo Christiani nominis
hoste Turca superioribus annis terra, mariq; acciperimus: quam ingens
deniq; periculum nobis ab eius potentia, et tot dyfidijs nr^{is} semper immineat.
Has ob causas omnibus, ut dixi, manifestas Pius quartus Pont. Max. bono
consilio, atq; optima uoluntate Concilium Oecumenicum in hanc ciuitatem
conuocauit: ut si fieri posset, Deo imprimis opem ferente remedium aliquod
tot malis inueniretur. nam cum propter indignationem Dei ea nobis procul
dubio eueniant: si Catholica fidei, et ueteris innocentia puritas reuoca-
bitur: placato Deo et bella, et seditiones cessabunt, et imminetia ciuicibus
nostris pericula facilius repellentur. Congregatum est igitur Conciliu^m
frequens, et celeberrimum in quo sunt tot uiri praestantissimi: adsunt duo
Principes Cardinales et nobilitate, et omnibus uirtutibus insignis. Adsunt
Ill^{mi} Oratores, et Cos. Ill^{is} et tot maximor, Regum, liberarum ciuitatum
Principumq; ac nationum: Adsunt etiam tot praesulis egregia doctrina,
spectata uita probitate, et sapientia quadam caelesti praediti: nec disunt com-
plures exc^{mi} Theologi, ac Doctores peritissimi omnes uiri, omni laude digni
Congregato aut hoc Cone^o cum iam ea tractarentur, quae ad susceptum ne-
gotium pertinere uidebantur: ecce, in ipso cursu crepti sunt nobis duo pru-
dentissimi, uir^{is}q; Ill^{mi} uiri Sard. Cos. Mantuanus, et Seripandus, quorum
mortem non sine magno animi dolore ad memoriam reuoco. Nam etsi
eos felices, beatosq; futuros esse existimem: quia scriptum est Beati mortui
qui in D^{no} moriuntur: doleo tamen et Resp. causa, quae eor, opera his
temporibus maxime indigebat, et mea, nam utriusq; eorum magna familia,
uita, ac necessitudine coniunctus eram. Accepit nuncio tam acerbo
mortis Ill^{mi} mantuani summus Pont. cum saero Cardinalium cetera me

et uirtute, et ceteris omnibus rebus inferiorem illi sufficit, adiunxitque ad hanc
legationem Conciliarem P^m Cardinalem Nauagerium uirum multa eruditione
et prudentia praclarum. Verè dicam Patres, quantum licuit, quantum
potui hoc onus recusavi, eius grauitatem, et uirum meorum imbecillitatem re-
formidans. sed quid? hunc timorem uicit obedientia necessitas, parendum fuit
Vicario Christi, qui Petro, et eius successoribus oues suas pascendas regendasque
comendauit. Huc igitur iustus ueni ad Caesarem quidem Marescalkum nunc pro-
fecturus, sed mox Deo dante inde reuersurus, ut cum Ill^{ms} collegis ac
Dn^s meis legatis ea, quae ad salutem populorum, ad ecclesiae splendorem, ad
Chrⁱ gloriam illustrandam pertinent, unà uobiscum agam. Ac cum ceteris
desine, duo cerè praecipue mecum affero. Alterum optimam uoluntatem Simonis
Pont. certam et exploratam, qui nihil magis optat, nihil aequè curat, q^{uod} doctri-
nae fidei ab haeresibus repurgetur: mores corrupti emendentur, abusus tollan-
tur commodis ac necessitatibus prouinciarum, quae olim maxima pietate flo-
ruerunt, consulatur: pax deniq^{ue} et unio etiam cum aduersarijs omnibus
quaneum fieri poterit, salua pietate atq^{ue} Ap^licae sedis dignitate constituatur.
Alterum quod offero, est huic non dissimile, propensam uoluntatem meam
ad ea re praegenda Deo adiuuante, quae sanctae suae uerbo praecipit
in hoc enim omne meum ingenium quis perexiguam, omnem operam, et
industriam collocabo. quae res quantum fructum sint allatura Patres
sapientissimi in manu ur̄a utum est. Nam prudentia ur̄a, doctrina ur̄a
auctè etiam ur̄a hoc Concilium ad bonum et optatum finem perducere
poterit. Quamobrem uos Patres omni honore digni hortor, et per
Deum immortalem obtestor, ut remotis contentionibus, atq^{ue} discordijs,
quae magnum orbi Christiano offendiculum praebent remotis questionibus
inutilibus, quae non ad aedificationem fidei, sed potius ad subuersionem
audientium, et ad tempus frustra conterendum faciunt: ea serio, ac
sedulo agatis, quae maxime necessaria sunt: illud diligentè attendente
ne suae

ne scientia uento cum inter uos sint tot doctissimi uiri ab Summitatis portu
 eijciamini in hoc enim negocio Dei multa opus est prece, maxima Summitate
 quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Quod si humilibus
 unanimes, ac concordis fueritis, duce Spiritu sancto, omnia bene, et recte
 perficietis, fructum uberrimum Ecclesie Dei ex tot periculis, longis itineribus la-
 boribus et impensis uiris percipiet, et uos lumen quoddam magnum et clarissimum
 scientia, et doctrina accendetis, atque in alto collocabit, ad quod non solum ii, qui
 nunc uiuunt, sed etiam posterum cursum uita ue dirigentis tutissimum salutis
 portum facillime tenebunt. Deus autem propter uos maxime laudabitur, et glorifi-
 cabitur, et uos eiusdem laudis participes eritis in hac uita, et post hanc uitam
 gloriam immortalitatis immarcescibilem percipietis.

(45)

Petitus Talmud Iudeorum

Exhibita hebreorum nomine
 Tribus deputatis a sacrosancta synodo
 Tridentina ad examinem lib. prohibitorum

Non me latet R^m amplissimique Patres hoc nomen Talmud tantam secum adferre
 nauseam, ut cum primum auditur statim reijciatur. Atqui cum sapientissimis omnibus
 doctrina uiris dum loquor, neglecto nomine ad rem penitus considerandam me con-
 uertam, ut inde R^m et nunquam satis laudatissimis D.D. V.V. facilius in memoriam de-
 ducatur, quod opus quidam nos petamus dum Talmud ipsum nobis admitti obsecramus.
 Talmud apud Hebreos et doctrinam et disciplinam indifferenter significat, ea de
 causa sic dictum, quoniam a doctore ad discipulum tradebatur, et sic dicebatur.
 At si nomen huiusmodi impedimento sit, ne nobis admitti queat, illud idem mutato nomine
 tolerari quesumus.

De mysterijs Talmud et de ipsius origine apud Hebreos

Dicimus Talmud ipsum dilucidationem esse legis scriptae, quae ob sententiarum angustiam
 orationisque concisionem expositione indiget. exemplo res clarior reddatur. In lege
 scriptum est ne die Sabbati locum egrediamur nostrum: at locus multifariam dicitur
 de loco uniuersali ut de ciuitate, regione; de loco minus uniuersali ut de domo.
 demum de particulari quem quilibet occupat. nisi enim sciremus de loco uni-
 uersali esse intelligendum de re ipsa tanquam ancipitibus haesitaremus. Eodem itaque
 modo